

Bibliothèque numérique

medic@

**Rheinhardts, Johann Gottfried.
Historia pathologica singularis cutis
turpitudinis : Hautkrankheit**

Leipzig : S; L. Crusius, 1793.

Cote : 90959, t. 143, n. 10



Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé
(Paris)

Adresse permanente : <http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?90959x143x10>

10

HISTORIA PATHOLOGICA

SINGVLARIS CVTIS TVRPITVDINIS

IO. GODOFREDI RHEINHARDI

VIRI L. ANNORVM.

PRAEFATVS EST

D. CHRISTIANVS FRIDERICVS LVDWIG

PROF. LIPSIIENSIS.



Johann Gottfried Rheinhardt's

H a u t k r a n k h e i t.


Mit einer Vorrede

von

Dr. Christian Friedrich Ludwig
Professor in Leipzig.

Leipzig, 1793.

bey Siegfried Lebrecht Crusius.



HISTORIA PATHOLOGICA

SINGULARIS CUTIS
TURPITUDINIS

IO. GÖBBEREI RHEINHARDI

VIRI L. ANONYMI

TRACTATUS EST

D. CHRISTIANVS FRIDERICVS LUDWIG

PROF. P. B. M. D. C. C. C. C. C.



JOHANN GÖTTLICH REINHARDT

SENIORIS

MDCCCXXXIII


1833

Dr. Christian Friedrich Ludwig

Professor in Erlangen

1833

bei Gleditsch'scher Buchhandlung



P R A E F A T I O .

Hortatus eram iam ante aliquod tempus TILESIVM meum, medicinae studiosum industrium, quem et ob ingenii sui excellentiam atque in delineando dexteritatem et ob laudabilem solertiam atque sedulitatem, quam in studio medico pertractando adhibet, valdopere diligo, ut teterrimi et singularis adfectus virum delinearet eiusdemque viri historiam pathologicam in his plagulis ex meis animaduersionibus conscriberet. Feci vero hoc propterea, quoniam cognoueram ipsum partim in delineandi arte patruelis sui GEORGII CHRISTIANI REICHELII, Professoris apud nos quondam celeberrimi, famam promeriturum, partim morbi historiam non adeo obseruatis sterilem compositurum esse. Atque praestitit etiam non sine laude, quae demandata prouincia ipsi imposuerat.

Postea vero a me petiit, ut opusculum suum; nolebat enim tanquam tiro immodestus videri; meis adcessionibus atque casti-

V o r r e d e .

Seit der Zeit, seit welcher ich den Herrn Wilhelm Gottlieb Tilesius aus Mühlhausen kennen lernte, gewann ich ihn wegen seines Talents zum Zeichnen, und wegen des Fleisses, den er in Erlernung der Arzneywissenschaft anwendet, sehr bald lieb, und stand daher nicht lange an, ihn zu ermuntern, diese Abbildungen nebst einer Beschreibung dieser seltenen Hautkrankheit zu fertigen.

Seine Bemühungen entsprachen meinen Wünschen zur Gnüge, und nun ersuchte er mich, ich möchte seine Ausarbeitung mit einer Vorrede herausgeben, und dieß und jenes in seinem Aufsätze selbst nach Gutdünken ändern, wozu ich mich auch willfährig finden ließ.

gationibus, subiuncta aliqua a me conscripta praefatione, in lucem emitterem: quibus precibus tum ob historiae enarratae et figurarum adiectarum praestantiam, tum propter eius modestiam meumque erga praeclarum iuuenem amorem facile obtemperavi.

Iam vero inter omnes corporis nostri vicissitudines perpaucae sunt, quae tam variabili forma ludunt, quam cutaneae turpitudines. Quapropter quaeque etiam tentauerint et veteres et recentiores nosologi, ut cutaneos morbos et acutos febriles et chronicos non febriles in aliquod systema redigerent, tamen non potuerunt efficere, ut in ipsorum systematibus nonnulla desiderarentur. Atque hanc meam animaduersionem veram esse, certo certius scio. Namque inquisivi haud oscitanter in plures horum morborum partitiones et exempla, quae MERCVRIALIS, TH. BONETVS, HAGENREFFER, TURNER, VAN SANDEN, RAYMOND, SAUVAGES, LORRY atque alii proposuerunt, atque rarissimas et peculiare foedae cutis aegritudines mihi cognitae reddidi sequentes. Sic commemorant acta Anglicana hominem, cuius tota cutis spinis quasi ac verrucis hirta atque deturpata erat, quae *the Porcupine man*, quasi hystrici similis, nominatus est (v. *Phil. Transactions* 1755. 49. p. 21. *Edwards Gleanings of nat. history*. Vol. I. pl. 212.). Deinde praeter

Unter allen Krankheiten des menschlichen Körpers aber giebt es wenige, die so mannigfaltige Gestalten annehmen, wie die Krankheiten der Haut, und ob sich schon die Nosologen seit Jahrhunderten, und zu wiederholtenmalen ernstlich bemühten, die hizzigen fieberhaften und chronischen von keinem Fieber begleiteten Hautkrankheiten in ein gehöriges System zu bringen; so haben sie doch keine ganz vollständige Uebersicht derselben liefern können. Es haben Hieronymus Mercurialis, Theophilus Bonet, Hagenreffer, Turner, van Sanden, Raymond, Sauvages, Lorry, und andere viele seltene Hautkrankheiten beschrieben und geordnet, und ich habe mich auch außerdem um andere Krankengeschichten seltener Verunstaltungen der Haut bekümmert und gesucht, ob ich eine der ähnlich finden könnte, von welcher in diesen Bogen die Rede ist. So ist der Stachelschweinmensch zum Beispiel sehr oft abgebildet und beschrieben worden (*Phil. Transactions* 1755. 49. p. 21. — *Edwards Gleanings of nat. history*. Vol. I. pl. 212. — *Zimmermanns geographische Geschichte des Menschen*. Erster Band. S. 104.). Graf Buffon erzählt von einem Mädchen, auf dessen Haut sich mehrere unregelmäßige Schwülsen und Haarauswüchse befanden (*S. Lavaters physiognomische Fragmente* IV. 68.), welche ich auch vor vielen Jahren gesehen zu haben mich erinnere. Herr von Brambilla nennt eine Hautkrankheit eines dreijährigen

alia

alia exempla, BVFFONVS corporum naturalium eximius descriptor in suis de historia naturali libris puellae mentionem fecit, cuius communia integumenta callosa et multis in sedibus copiosissimis pilis erant obfita (v. *Lavaters physiognomische Fragmente*. IV. 68.). Porro de elephantiasi siue morbo cuticulari insolentis naturae pueri trium annorum relatam legimus in monumentis academiae chirurgorum Vindobonensium ab IO. ALEXANDRO BRAMBILLA enarratam historiam (v. *Abhandlungen der medicinisch-chirurgischen Academie zu Wien*. Erster Band. 1787. 4.). Nec minus FOURCROYVS (*Memoires de la Societé royale de medecine*. Tome VII.) de morbo hominis cuiusdam nos certiores fecit, cuius cutis nigerrima et granulosa apparuit. Denique nuperrime legi EBERHARDVM HOME historiam morbi hominis, cuius cutis uniuersa excrefcentiis cornis foeda erat, proposuisse. Et alia adhuc exempla leguntur apud GEORGIUM ASHIVM et IO. MACHINVM in actis anglicanis.

Ex his vero paucis exemplis quilibet facile perspiciet, cutem insolitorum morborum atque turpitudinum saepe fuisse sedem. Interim tamen, si aliquis ex me quaereret, quo nomine hominis nostri verrucosi (nam inter nostrates appellatur *der Warzenmann*) morbum insignire vellem, nescirem quod eligerem et dubitarem, utrum optimum inuenirem. Ete-

Knaben eine Elephantiasis, und beschreibt sie in den Abhandlungen der medicinisch-chirurgischen Akademie zu Wien. Ferner erzählte auch FOURCROY von einem Menschen, dessen Haut ganz schwarz und körnigt war, und noch neuerlich erwähnte Eberhard Home (*Phil. Transact.* LXXXI.) eine Ungestaltlichkeit der Haut, wie dergleichen schon mehrere vormals, ob wohl selten, beobachtet worden waren; nämlich hornartige Auswüchse auf der Haut.

Was ich aber auch von merkwürdigen Beyspielen der Art in mehreren Büchern aufgesucht und gefunden habe, so habe ich doch keines entdeckt, welches mit der Geschichte meines Warzenmannes vollkommen übereinstimmte. Ich wäre daher in einiger Verlegenheit, wenn ich ohne einen neuen Namen erfinden zu dürfen, die Krankheit des armen Rheinhard allerdings benennen sollte. Allein ich kann auch vor der Hand keinen ganz passenden Namen erwählen, da ich die innere Struktur der Warzen noch nicht habe untersuchen können. Eine Elephantiasis, eine Lepra, oder eine Frambasia ist die Hautkrankheit nicht, von welcher hier die Rede ist. Denn bey der Elephantiasis ist die Haut dick, hart, haarlos, schrundig, und die Nerven des ganzen Körpers haben kein lebhaftes, sondern ein stumpfes Gefühl. Bey der Lepra ist die Haut mit vielen Geschwüren und trocknen schuppigen Schorfen besetzt, und bey der Frambasia, die überhaupt keine Krankheit unserer Gegenden ist, wie dieses

B

nim

nim a reliquis omnibus cutis vitiis in laudatis scriptoribus commemoratis omnino et plane differt. Namque nec ad elephantiasin vel lepram nec ad frambaesiam illud iure retulerim. In elephantiasi enim cutis dura, crassa, pilis destituta et rimosa eum stupore et insensibilitate totius corporis est; in lepra, foedissimo morborum genere, ulceribus et squamis nigricantibus ficcis atque prurientibus obsita est cutis; atque frambaesiae, Guineae endemio morbo, hoc est peculiare, quod ex cute spurcitiis inquinata et ex ulceribus foetidis fungi excrecant. *At vero limites inter has diversas impetigines adsignare, inquit FRANC. BOISSIER DE SAUVAGES, difficile est, tum quia lepra et elephantiasis raro hodie videntur, tum quia diuersae illae virulentiae non raro mixtae aut combinatae reperiuntur in uno subiecto.* Verum enim vero Rheinhardi visu foedum corpus tectum est verrucis mollibus siue molluscis et madidis siue myrmeciis, atque morbus eius, quemadmodum in subiuncta historia relatam legitur, a lymphâ trahit originem, quouis mensè exacerbatur atque noua tubercula procreat. Cum vero interiorem harum verrucarum structuram disquirere nondum a ipso permittebatur, dubitauimus eo constantius huic cutis turpitudini nomen imponere. Remedia praeter munditiam ipsi suauissimum purgantia et subtilissima alia medicamenta, quae secundas vias adire dicuntur varia, sed medela locum

auch größtentheils von den beyden andern Krankheiten gilt, wachsen aus schmutzigen Geschwüren schwammigte Gewächse heraus. Von Rheinhardts Krankheit kann ich vor der Hand nichts weiter anmerken, als daß seine Haut mit vielen weichen und feuchten Warzen besetzt ist, und wenigstens jetzt noch keinen so hohen Grad von Malignität erreicht hat, daß sie nur allensfalls mit den vorher genannten Krankheiten verglichen werden könnte. Uebrigens fällt es nicht schwer, gleich auf dem ersten Anblick zu entscheiden, daß sein Lymphsystem in seinen Functionen gestört ist, wozu denn nun auch seine Lebensart gar zu viel Gelegenheit noch aufgeben konnte. Ich habe seine Lymphen durch verschiedene Arzneimittel zu verbessern mir angelegen seyn lassen; allein außer der Hartnäckigkeit der Krankheit an und vor sich, haben sich meiner Kur auch noch außerdem vielfältige Hindernisse in den Weg gesetzt, und bey der besten Verpflegung in einem Hospitale würden seine Beschwerden doch auch nur sehr wenig vermindert werden können.

In einer doppelten Absicht schrieb ich aber vorzüglich diese paar Zeilen nieder, einmal um meinen Freund und Schüler Hrn. Lesius den Lesern seiner Geschicklichkeit und seines Fleißes wegen zu empfehlen, und als-

non

non habuit, tum ob morbi ipsius naturam et pertinaciam, tum ob angustam eius domi rem et similia impedimenta, quae nostris consiliis omnibus obicem posuerunt.

Haec igitur praefati sumus, ut amoris nostri aduersus GVILIELMVM THEOPHILVM TILESIVM extaret pignus et ut inopiae Rheinhardi succurreremus. Scribam Lipsiae. A. R. S. CIOIOCCXCIII.

Dann, um dem hilfsbedürftigen Rheinhard von Gutgesinnten ein kleines Almosen zu erbitten.

Leipzig, den 26. April

1793.

D. Christian Friedrich Ludwig
P. P.

B 2

Etsi

Et si quotidiana corporum naturalium contemplatione atque vniuersae naturae ipsius, quae cum ad inueniendum, tum ad cogitandum tam multum suppeditat, perpetuo intuitu animus noster ad obseruandum adeo tandem hebescit, vt multis rebus, quae nobis obuiam fiunt, omnino non moueamur; tamen interdum in hac rerum vniuersitate quaedam res occurrunt, quae forma sua atque indole plane insolenti ab aliis tantum abhorrent, vt ab illo consuetudinis quasi somno et attentionis vacatione excitare nos queant.

Talia ergo memorabilia naturae *Φαινόμενα* pro incitamenti agnoscamus, quibus sensuum adminiculo ad res studiosius perscrutandas, accuratius contemplandas et inde ad acutiores argumentationes excitamur. Et profecto hic voluptatis sensus, quem quisque ex scientiae cuiuscunque amplificatione deportat, tum haec inprimis voluptas, qua naturalium rerum scrutator fruitur, atque sin-

Dob uns gleich die Gewohnheit und der öftere immerwährende Anblick natürlicher Körper und der ganzen Natur, woraus wir oft Stoff genug zum Denken, oft Vergnügen in der Unterhaltung mit ihr, oft Nutzen fürs Menschengeschlecht ziehen könnten, unempfindlich und gleichgültig gegen sie macht; so treffen wir doch auch zuweilen Dinge in der Welt an, die so stark von der gewöhnlichen Form und Beschaffenheit abweichen, daß sie dadurch in den Stand gesetzt werden, uns von diesem unseligen, durch die Gewohnheit genährten Schlaf der Gleichgültigkeit zu erwecken.

Merkwürdige Naturbegebenheiten dürften wir daher wohl immer als einen Zuruf betrachten, den die Natur vermittlest der Sinne an uns thut, um uns von neuem anzutreiben, eifriger zu spähen, sorgfältiger zu beobachten, unermüdet zu schließen und anzuwenden.

Natürliches Vergnügen über die Erweiterung unseres Erkenntnißkreises, eigenes Wohlbehagen, so ein jeder in der Beschäftigung mit seiner

cerrima

verrime denique illa boni cuiuslibet laetitia, quacum se aliquid ad civium utilitatem atque felicitatem contulisse intellexerit, perfruitur, talis industriae et diligentiae digna erunt praemia.

Quod si autem nos ad tales observationes capiendas parum alacriores et minus attentos cognoverimus, haud scio, annon hoc nostrum otium atque ex multa consuetudine progenitam pigritiam contemnere debeamus.

Et praesertim si in nostrae speciei obiectis, in hominibus rarioris observationis vestigia intuemur, causae ad ea accuratius investiganda multo grauiores nos excitabunt. E lusu naturae, vt ita dicam, atque formis rarioribus et variantibus atque a consuetis recedentibus aegrotorum corporum naturae rerum curiosus atque medicae artis studiosus non minus multa ad oeconomiam animalem explicandam cognoscet, medicus vero imprimis, qui in curandis morbis versatur, in viam ad inueniendas morborum causas, quibus inuentis multum iam in sanandis morbis ars medica profecit, deduci potest, atque vtrumque negotium multum ad amplificanda studia conferre, quis nescit.

Iam vero haec ipsa cadere putem in hominem, cuius formam hic trado delineatam. Saepius iam praeceptor meus pie deuene-

Lieblingwissenschaft, folglich auch der Naturforscher in der seinigen genießt, und dann die reine Wollust des Menschenfreundes, etwas zum Nutzen und Glück des Ganzen beygetragen zu haben, sind die Belohnungen für diesen Fleiß. Besonders ist es alsdenn tadelnswürdig, uns den Fehler der Unachtsamkeit in Betrachtung solcher Gegenstände zu Schulden kommen zu lassen, die das wahre Gepräge eines ungewöhnlichen leicht in die Augen fallenden Aeußern an sich tragen. Finden wir dieses aber sogar an Wesen unserer Art, am Menschen, so haben wir um so mehr Bewegungsgründe, genaue Beobachter abzugeben. Aus dem so genannten Spiel der Natur, aus besondern ungewöhnlichen Bildungen und Abarten, aus merkwürdigen Erscheinungen franker Individuen, und dergleichen kann der Naturforscher und Arzt oft etwas zur Erklärung der thierischen Haushaltung, oder der Erzeugung einer Krankheit auffinden, wodurch er dann schon um einen beträchtlichen Grad ihrer Heilung näher gebracht wird, und beyde können dadurch Licht und Erweiterung in ihren Wissenschaften verbreiten. Aus einem solchen Gesichtspunkte betrachtete ich den merkwürdigen Mann, von dem ich hier eine Abbildung liefere. Mehrmalen schon stellte unser geliebter Lehrer der Hr. Doctor und Professor Ludwig in seinen Lehrstunden unter seinen übrigen Schülern ihn auch mir als ein seltenes Beyspiel einer besondern Hautkrankheit und angebohrner Auswüchse vor. Der mir von meinem gefälligen Lehrer hierbey gegebene

randus

randus et de hac litterarum vniuersitate praeclare meritis Exp. LVDWIGIVS in lectionibus cum caeteris disciplinae suae alumnis, tum et mihi hoc memorabile morbi cuticularis atque innatarum increfcentiarum exemplum ostenderat atque me monuerat, vt delineando figuram huius hominis ante oculos aliorum ponerem. Quae quidem inuitatio valdopere honorifica sufficebat, vt me ad propositum laborem haud haesitanter accingerem. Itaque, ne delineatio omnino explicatione aliqua careat, descriptionem strueturae externae corporis huius notatu digni hominis breui enarratione sic comprehendam.

Est vero Ioannes Godofredus Rheinhard excrefcentiis, quibus corpus conspersum est, a natiuitate ex eiusdem proportione minoribus distinctus natus VIto Iduum Decembris anno C. millesimo septingentesimo quadragesimo secundo Mühlbergae ad Albim patre helciariorio, viro admodum sano atque robusto, atque matre quoque immaculata, munda atque perfecta sanitate fruente. Innumerabiles variae magnitudinis excrefcentiae, quae in cute eius cernuntur, a magnitudine cicicris ad eam oui columbini ascendunt, variam habent formam, plurimae autem verrucosam, interdum et oualem vel polymorpham

Unterricht, der meine Aufmerksamkeit ganz auf diesen Gegenstand lenkte, war schon allein für mich ein hinlänglich wichtiger Bewegungsgrund, ihn abzubilden, welcher nur durch den Auftrag, den er mir hierzu gab, noch mehr angefeuert wurde. Die Beschreibung des besondern merkwürdigen Baues und der körperlichen Beschaffenheit von diesem Manne ist kürzlich folgende:

Johann Gottfried Rheinhard, geboren den 8ten December 1742 zu Mühlberg bey Meissen, der Sohn eines Schifferknechtes auf der Elbe, wurde mit den Auswüchsen, womit sein Körper gleichsam besät ist, nur in der verhältnißmäßigen Größe zu dem Körper eines neugebohrnen Kindes von einer ziemlich gesunden und ganz gewöhnlich und gut gebildeten Mutter auf die Welt gebracht; sein Vater hatte auch, nach seiner Aussage, einen reinen glatten und gesunden Körper. Die unzähligen Auswüchse von verschiedener Größe, so man auf seiner Haut bemerkt, erstrecken sich von der Größe einer Erbse, bis zur Größe eines Taubeneyes, sie sind von verschiedener Gestalt, größtentheils warzenförmig, hie und da eyrund, auch verschiedentlich eckigt, und an einigen Orten, die dem äußern Drucke der Kleidungsstücke ausgesetzt gewesen, platt gedrückt, so stehet man z. B. auf dem besonders abgebildeten linken Fuße einen dergleichen durch des Körpers eigene Schwere im Gehen platt gedruckten Auswuchs (Siehe die dritte Tafel a). Auch findet man aufeinander und aneinander gewachsene Auswüchse oder Zwillingsgewächse (Siehe die erste und zweyte Tafel) am Schenkel.

et

et variis in locis, vbi vestimenta infederunt, compressam, veluti in sinistro pede Tab. III. a. seorsim delineato tale inter ambulandum corporis pondere depressum cernitur tuberculum.

Reperiuntur quoque iuxta vel supra se inuicem concretæ siue geminatae excrecentiæ veluti in femore et genu. v. I. et II. Tab. Ex his vero omnibus maxima totius corporis, marsupiformis illa pectoris est, quæ ex scrobiculo cordis et a processu xyphoideo sterni vsque ad regionem vmbilicalem dependet et in Tab. I. et II. et seiuncta in Tab. III. b. depicta cernitur. Haec ex variis excrecentiis minoribus contexta, quæ tuberculofam eius formam efficiunt, et reliquis multo flaccidior est. Colorem habent plerumque rubicundum, variis in locis obscure flauum et fuscum. Valde prominent e lurida et fusca corporis teterrimi aspectus cute, præterea autem molles et spongiosæ tactu deprehenduntur. In medio quarundam maximarum excrecentiarum paruum foramen conspicitur, ex quo nigra corpora oblonga, quæ altius in cute albicantem atque tenerum processum habent, exprimi possunt, quæ vulgo comedones appellantur.

Von ganz besonderer und ausgezeichneter Art ist denn nun auch der größte am ganzen Körper; der beutelförmige Auswuchs, den man auf der Brust in der so genannten Herzgrube hangen sieht, er erstreckt sich seiner Länge nach von dem Ende des dolchförmigen Fortsatzes des Brustbeins bis beynah an den Nabel, wie man auf der ersten und zweyten Platte sehen kann. Er ist mit verschiedenen Gewächsen durchwebt, die ihm ein uuebnes Ansehn geben (Siehe den Beutel besonders abgebildet auf der dritten Tafel b). Die Farbe dieser Auswüchse ist größtentheils blasroth, an verschiedenen Orten auch dunkler, und endlich braunroth, sie unterscheiden sich sehr deutlich von der braunen und schwarzgelben Haut seines übrigen wenig glatten Körpers, der hier und da wie mit Sommersprossen besetzt ist, sie sind übrigens ihrer fühlbaren Beschaffenheit nach weich und schwammig. Auf der Mitte einiger vorzüglich größerer Auswüchse befindet sich eine kleine Oeffnung, woraus er zuweilen einen länglichten schwarzen Körper, der tiefer in der Haut einen dünnern weißlichten Fortsatz hat, ausdrücken kann, dergleichen man im gemeinen Leben Miteser zu nennen pflegt, und öfters für eingebohrete Insekten oder Würmer hält. In denen durch die erhabenen Gewächse gebildeten Vertiefungen, und zwischen den Auswüchsen kann sich nun der Schweiß und Schmutz bequem ansammeln, wodurch ein unangenehmer Anblick und Geruch entsteht, der freylich durch die noch je zuweilen hinzukommende Verschlimmerung der Hautkrank-

In cavitatibus ab elatis excrecentiis formatis facile fudor et aliae fordes colliguntur, quae; cum morbus cutaneus alius vel eiusdem exacerbatio accedat, aspectum turpem efficiunt et odorem taediosum et fragrantem procreant, qui et ipse examen huius vicissitudinis et delineationem hominis valde impedit atque molestam reddidit. Hae excrecentiae multo crebriores et veluti fatae in columna vertebrali thoracis, circa pectus, cervicem et latera vsque ad finem abdominis cernuntur.

In capite permagna est excrecentia tumoris tunicati speciem prae se ferens; in brachiis et pedibus multo rariores cernuntur, in femore autem variae maculae, quae ferrugineo colore e luteo valde elucent neque eminent sed laeves conspiciantur, iis similes, quae vulgo sub naevorum nomine veniunt (v. Tab. III.). Excrecentias quoque reliquas germani eius fratres, admodum dum viverent sani, quorum Rheinhardus noster solus adhuc dum superstes viuit, naevos et effecta pauoris materni haberi volebant. Quae excrecentiae omnes corporis incremento atque aetatis progressu ad praesentem magnitudinem pervenerunt, id, quod imprimis in marsupiformi illa pectoris excrecentia videre est, quae, ut ipse refert, in puerili aetate vix pollicis

heit, die Untersuchung und Abbildung etwas beschwerlich machte. Diese Gewächse befinden sich weit häufiger, und gleichsam wie gesäet auf dem Rückgrat herunter, auf der Mitte der Brust, am Halse herum, und in den Seiten bis zum Ende des Unterleibes. Auf dem Kopfe hat er ein sehr großes Gewächs, welches fast mit einer Balggeschwulst überein kömmt. Auf den Armen und Beinen sind weit weniger zu sehen; dagegen bemerkt man an den Schenkeln von hinten einige, durch eine braungraue Farbe sich merklich von der gewöhnlichen schwarzgelben Haut unterscheidende Flecken von verschiedener und unregelmäßiger Gestalt, die nicht erhaben sind, und die entweder blos vom Schmutz entstanden seyn dürfen, oder welche eine zweite Hautkrankheit gleichsam ausmachen (S. die dritte Tafel). Die Gewächse an seinem Körper wollten seine übrigen gesunden Geschwister, von denen er bis jetzt nur noch der einzige lebende ist, für Muttermähler, und für eine Wirkung des so genannten Bersehens ausgeben. — Diese Gewächse nun wuchsen mit seinem Körper von Jahr zu Jahr bis zu der gegenwärtigen Größe heran; vorzüglich merklich war dies an dem beutelförmigen auf der Brust, das in seinen Knabenjahren, nach seiner Aussage, kaum die Dicke und Länge eines Daumens hatte: welches man sich wohl durch den Reiz, der durch die öftere Anstimmung gegen die Brust bey seiner Arbeit verursacht und wiederholt wurde, und durch den stärkern Zufluß der Säfte, den dieser Reiz zur Folge hatte, erklären könnte.

magni-

magnitudinem excessit, cuius causa potissimum ex pressione in quotidiano labore repetita atque huc attractis fluidis repetenda est. Antea procul dubio maior eaque oblonga ex crescentia fuit, quae marsupii formam non accepisset, nisi laboribus et stimulo nimium extensa fuisset. Puerilem enim aetatem egressus a fratre natu maiore futurum opus didicit, in quo exercendo ex saepius repetito stimulo per applicationem mustri-colae, facile illud, quod concludebam, effici potuit.

Quod ad reliquam corporis formam attinet, parua atque torosa ipsi statura est, capite, si reliquam corporis rationem et dimensionem spectes, nimis amplo, genibus flexis paululum incurvis, abdomine elato atque humero altero paulo elatiore.

Cutis coloris luridi atque fordibus inquinata est, album oculi sordide flavescentis et luridum, iris igneo colore conspicua est. Inflammata et sanguinea et lymphatica oculi sunt vasa. Ex quibus patet et corneam lymphaticis praeditam esse vas. Caeterum tubercula, qualia inveniuntur in reliqua cute etiam hic praesentia, at magis perspicua erant et quo-

Vielleicht wäre dies Gewächs in seiner ursprünglichen Form und Größe geblieben, wenn es nicht durch besagte Bedingungen so ungemein verlängert worden wäre, und diese Beutelform dadurch erhalten hätte. Er lernte nämlich nach verfloßenen Knabenjahren bey seinem ältern Bruder das Schuhmacherhandwerk, und durch das öftere Anstemmen des Leisten gegen die Brust bey diesem Handwerk, und den dadurch wiederholten Reiz, muthmaße ich, dürfte sich dieser Auswuchs wohl so vergrößert haben. Sein immer gebrechlicher werdender Körper hindert ihn nunmehr, sein Handwerk so zu betreiben, und seinen Unterhalt so zu verdienen, wie er unter bessern Gesundheitsumständen wohl gekonnt hätte, und nöthigt ihn, Almosen zu nehmen.

Was seinen übrigen Körperbau betrifft, so ist er von kleiner Statur, vielleicht daß er im äußern Contour mit einem Lappländer verglichen werden könnte, untersezt, mit einem, gegen das übrige körperliche Verhältniß, dicken Kopfe, etwas krummen Knien, starkem Unterleibe, und einer etwas höhern Schulter. Die Farbe seiner Haut ist schwarzgelb und schmutzig. Das Weiße in seinen Augen ist auch schmutzig gelblich. Der Augenstern ist braunroth mit gelb gemischt, fast feuerfarben und matt. Auch finden sich auf den Augenliedern eben solche Auswüchse, als auf dem übrigen Körper, und so oft die Krankheit sich verschlimmert, so wird sein Gesicht geschwächt. Ich

vis, exacerbationis tempore intermittente vice visus obscuratur, oculi ipsi nutum habent hebetem (vid. Tab. IV.) Ungues hallucis atque digitorum pedis etiam flauos contemplati sumus; capilli nigerrimi sunt atque horridi.

Summa in paupertate et egestate, in hominum classe, in qua diaetae ordo atque domesticae vitae ratio optima nec est nec esse potest, nato atque educato necessario euenit, vt in corpore iam adeo a natura neglecto humores morboosi gignerentur, qui cutaneo morbo causam suppeditarent, cui iam naturam delineasse videbatur, vt facile intelligi possit, quomodo materia morbi eo sit deriuata. Itaque hic homo et pathologiam illustrat, cum in eo vel alius adhuc singularis morbus cutaneus vel saltim prioris exacerbatio cernatur, ita, vt singulis mensibus in aliqua corporis parte, in iisque plerumque, quae crebris excrecentiis conspersae sunt, veluti in ceruice, in columna vertebrali, in pectore, imprimis in excrecentia illa marsupiformi, in hypochondriis atque abdomine formicationem quandam sentiat atque frictione facta, humor quidam acrimoniosus lympham infectus effluat, deinde crusta cernatur, qua excussa fanitas redit. Haec ergo exacerbatio principalis mali perpetua deriuatio,

habe auf der vierten Tafel das Auge daher abgebildet. Die Nägel auf den großen Zehen sind auch gelb. Sein Haar ist schwarz und borstig.

Bei stetem Mangel und Durstigkeit, in einem Stande und einer Menschenklasse, bey welcher Diät und Lebensordnung freylich nicht die beste zu seyn pflegt, erzogen und geböhren, mußten sich nothwendig bey seinem schon von Natur fehlerhaften Körperbau viele schlechte Säfte sammeln, die den Grund zu einer besondern periodischen Hautkrankheit legten, zu welcher auch schon die Natur die Bahn gebrochen zu haben schien, daß man sich auf die Art leicht erklären kann, wie die Krankheitsmaterie dahin abgeleitet werden konnte. Dieser Mann wird nun auch dem Arzte von Seiten der Krankheitslehre merkwürdig, indem sich an ihm eine besondere Verschlimmerung seiner Hautkrankheit äußert, auf die Art, daß er alle Monate an irgend einem Theile seines Körpers, größtentheils aber an denen häufig mit Auswüchsen besetzten Stellen, wie z. B. am Halse, an der Rückgratsäule, an der Brust, vorzüglich oft am beutelförmigen Gewächse, in den Seiten und am Unterleibe, ein Jucken, wobey er sich kratzt, sodann eine Masse von dem Hervordringen einer scharfen Lymphe, *) und endlich einen dünnen Schorf und Abtrocknung verspürt; sodann hat er wieder Ruhe. Die Symptomen,

*) Oft läßt sich auch ein wahrer Eiter aus denen, auf der Oberfläche des beutelförmigen Gewächses befindlichen Ritzchen, oder länglichten Oeffnungen ausdrücken.

naturalis fonticulus esse videtur, per quem collectae spurcitiae semper eiciuntur, quo quidem obstructo haud scio an non metuedum sit, quin alio morbo corripiatur. Ceterum vero pulsus arteriarum concitior a febre lenta semper praesente effici videtur.

Repentina quaevis tempestatis mutatio magnam in eum exserit vim: in excrecentia velati marsupiformi tempestate mutata modo summum calorem atque vehementiorem pulsus motum, modo dolorem acutum et pungentem vel etiam frigus sentit.

Mihi quidem hoc quoque memorabile visum est, hancee magnam praesertim excrecentiam inprimis inflammationi obnoxiam esse, quod genuinum pus generet, cum reliqui corporis morbus cutaneus tantum in acetosae lymphae effusione consistet. Porro in hac excrecentia hoc notandum est, quod modo praecipue valida pressio vix ab illo homine sentiatur, modo tactus velleuissimus summos ipsi creet dolores. Hanc autem exacerbationem ad augendum morbum principalem et producendas alias excrecentias multum conferre, observatione intellectum est. Enimvero intra illud temporis spatium, quo iam ab isto morbo vexatus est, tubercula re-

die er bey dem Ausfluß der Krankheitsmaterie, der sich, wie gesagt, alle vier Wochen an einer andern Stelle einfindet, verspürt, sind starker Frost, Hitze, und Mangel an Efluß. Diese Verschlimmerung der Hautkrankheit scheint gleichsam ein bleibendes Ableitungsmittel, ein natürliches Fontanell zu seyn, wodurch die gesammelte Unreinigkeit jedesmal abgeföhret wird, und bey ermangelnder oder wegleibender Stockung oder Verstopfung dürfte ihn so leicht wohl keine andere Krankheit befallen. Indessen scheint dennoch sein stets fieberhafter Puls von einem schleichenden Fieber herzuröhren, und die Farbe seines Gesichts, und besonders seiner Augen läßt vermuthen, daß seine Leber, so wie vielleicht die meisten Eingeweide des Unterleibes in einem krankhaften Zustande seyn dürften.

Die Veränderung der Bitterung hat einen merklichen Einfluß auf ihn: In dem großen beutelförmigen Gewächse fühlt er z. B. bey veränderter Bitterung bald große Hitze und heftigen Pulsschlag, bald einen stechenden Schmerz, bald fühlt er nichts als das ganze Gewächs gleich einem Eisstücke kalt auf der Brust liegen. Mir scheint es auch eine merkwürdige Erscheinung, und ein Zeichen, daß dieses besondere Gewächs vorzüglich zur Entzündung geneigt sey, weil es auch einen wahren Eiter erzeugt, da hingegen die Hautkrankheit des übrigen Körpers blos in Ergießung einer scharfen Lymphe besteht. Ferner ist auch dies bey dem beutelförmigen Gewächse merkwürdig: zu einer Zeit kann er es so heftig drük-

center nata apparuerunt; eas autem solummodo alterius morbi cutanei effecta non esse, sic probatur, quod cum iis iam natus est.

Vxorem in matrimonium duxit, quae infantem, qui mortuus est, immaculatum genuit. Germani eius fratres quoque, quod ipse refert, illius vitii expertes nati sunt.

Excrecentiarum interna structura earumque contenta hucusque cognosci haud potuerunt, cum aeger neque mihi neque Experimentissimo LUDWIGIO talem vel extirpare vel aperire permiserit. Haec forte anatomia post mortem viri melius illustrabit.

Namquam spirituosa bibere solitus, nunquam grauiori morbo, praeterquam quod in puerili aetate bis intermittente febre correptus est. Secretio urinae nihil insolentis monstrabat, aluina excreta multis abhinc annis diarrhoeae familia erant. Vespere circa nonam horam saepe vertigine, noctu sudore, qui non imbecillitatem sed sitim efficit, laborat. A variolis vtriusque generis et veris et spuris, ceterisque, quibus puerilis aetas obnoxia esse solet morbis, in pueritia affectus est, et inter eos quoque tinea, quae, qua medendi methodo curata sit, non amplius in memoriam suam reuocare potest. Habuit et vermes intestinales et anno millesimo septingen-

ten, als er will, und er empfindet davon blos ein schwaches Gefühl; zu einer andern Zeit darf er sich unversehens kaum schwach daran stoßen, und er hat davon großen Schmerz.

Daß die Verschlimmerung der Hautkrankheit wirklich zur Vermehrung oder zur Erzeugung neuer Gewächse etwas beynrage, hat man bemerkt: denn man hat während der Zeit, daß er diese Krankheit an sich trägt, neue Gewächse entstehen sehen. Daß sie aber lediglich Produkte dieser Exacerbation seyn sollten, dem widerspricht, daß er mit solchen überwachsen auf die Welt gekommen. Er hat schon zum zweytenmale geheyrathet, auch ein ganz makellofes Kind erzeugt, welches aber wieder gestorben ist. Seine Geschwister, sagte er aus, seyen auch glatt und gewöhnlich gebildet gewesen. Er hat sich nie an geistige Getränke gewöhnt, hat nie eine große Krankheit gehabt; außer in seiner Jugend hat er ein paarmal ein dreytägiges Fieber gehabt. Sein Harnabgang ist wie gewöhnlich, der Stuhlgang aber oft dünn. Abends gegen 9 Uhr hat er zuweilen starken Schwindel, und Nachts Schweiß, die ihm keine merkliche Schwäche verursachen, auf welche aber heftiger Durst folgt. Die Blattern, die Masern, und die gewöhnlichen Kinderkrankheiten hat er in seiner Jugend gehabt, unter diesen auch den Kopfgrind, davon er aber nicht mehr angeben kann, ob er ihm damals sey vertrieben worden. Er hat auch Würmer, und im Jahr 1772 die Krätze gehabt, die ihm, ohne

tesimo

tesimo septuagesimo secundo scabie laboravit, quae vix vlllo sanguinem purificante medicamento, solo unguento sulphuris repulsa est. Affectiones arthriticas et dolores vagos numquam sensit. Catarrho autem interdum vehementissimo affligitur.


Reliqua dies doceat.

blutreinigende Mittel daneben zu gebrauchen, damals mit Schwefelsalbe vertrieben worden ist. Arthritische Zufälle und Reissen hat er nie gehabt. Den Schnupfen hat er zuweilen noch sehr heftig.


Die innere Beschaffenheit der Gewächse haben weder ich, noch der Hr. Prof. Ludwig bis jetzt untersuchen können; weil er sich allen unsern Bitten und Vorstellungen ohnerachtet nie ein solches ausschneiden lassen wollte; jedoch wird uns die Anatomie vielleicht nach seinem Tode mehreres Licht darüber ertheilen.




Tab. IV.



Tab. I.




G. Tilius ad nat. pinx: & sculpsit.



Tab. II.



Filicinus ad nat. pinx. et sculp.



Tab. III.



G. Tilius pinx. & sculps.